



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Consolatio ex Spiritvs S. missione. Ex Paracleti nomenclatura, quanta  
fidelibus expecta[n]da Consolatio & Gratia. lxxxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

filii: quippe quibus erat manifestum non aliter posse  
varius genus humanū, nisi per filium Dei incarnatum.  
Non enim est in aliquo alio salus: nec est nomen aliud <sup>Ago. 4.</sup>  
scalo datum hominibus, in quo oporteat hominem sal-  
vum fieri. Ad hunc igitur parietem nostrum, Media-  
wem nostrum, conuerte faciem tuam familiarius: quod  
tu meſt, ag gredere securius: scit compati tuis infirmi-  
tibus, qui factus est tua infirmitatis participando ſo-  
cius. Prerogatiua carnis in celos enexit: quia <sup>Heb. 2.</sup>  
exaltatus est super celos homo Deus. Ad curiā Dei ſui,  
& Dei tui, praeceſſit Deus tuus homo tuus, tunica tua,  
tunica polymita, quā ſibi decētissimè coaptazit: indutus  
duiſſidius interpellat pro nobis. Quā igitur habes In-  
treſſorem, habes Mediatorem, cōſtitue tibi propitium <sup>Rom. 8.</sup>  
Aduatorem: et ſi Deus pro te, quis contra te?

### CONSOLATIO EX SPIRITVS SANTI MISSIONE.

Ex Paracleti nomenclatura quanta pīis fidelibus  
expectanda gratia.

[N] Ioele Propheta dicit Dñs: Effundam de Spiritu CAPVT  
meo super omnē carnē. ut qui calamitatibus et orum- LXXXI.  
ni premiuerit, Spiritus S. gratia conſolemur: que quāta  
ſi Christus D. N. indicat, cum PARACLETVM cum vo- <sup>Ioan. 16.</sup>  
ui. Paracletus Consolatore, & Aduocatum, & Patro-  
nus significat: quia verbū παρακαλῶ, unde iſtud nomen <sup>Corn. Ianc.</sup>  
intuatur, præter alia significat Consolari, aduocare, <sup>in Concord.</sup>  
abhortari, & orare, maximè pro alio: ſicut faciunt ad-  
uati et patroni. Et quanquam Christo hoc nomē Ad-  
uocati à Ioanne Apoſtolo tribuatur, quod pro nobis ille  
Aduocatus & Patronus: ſicut dicit, Aduocatum  
sumus apud Patrē: tamē Aduocatus eſt etiam noſter  
spiritus sanctus: quia ut inquit Paulus, ipſe Spiritus <sup>Rom. 8.</sup>  
postulat

286 CONSOL. EX SPIRITVS S. MISSIONE.  
postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Est et Pa-  
tronus. Patroni enim est, sugerere clienti, quae sunt  
utilia, atque ad ea adhortari: consolari marentem, &  
intercedere pro eo. Itaque cum Spiritus sanctus dicitur  
Paracletus, seu Consolator, & Aduocatus, & Patro-  
nus: significatur, quod Ecclesia causam in se recipiat  
tanquam suam: adsit laboranti monendo & consolando:  
Admonitorem se & Preceptorem exhibens in certami-  
bus virtutis, solatiū ac subSIDium in afflictionibus. Et  
opitulatur imbecillitatē nostrā: sicut scribit idem Apo-  
stolus Paulus. Spiritus, inquit, adiunxit infirmitatem  
nostram. De hac exuberante Spiritus Sancti gratia, s.  
Scriptura Sententia quae sequuntur, satis superque  
testificantur.

SENTENTIÆ S. SCRIPTVRÆ, DE  
SPIRITVS SANCTI GRATIA.

SENTENTIA I. Roman. 5.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per  
Spiritum sanctum qui datus est nobis.

PARACLESIS.

CAPUT  
LXXXII.  
Chrys. ser.  
9. in Epist.  
ad Rom.

**N**on dicit Apostolus, quoniam data est: sed quo-  
niā diffusa est Charitas Dei in cordibus nostris  
ut largitatem & abundantiam manifestet. Donum  
quippe tale dedit, quod esset maximum: non calum, non  
terram, non mare, sed quod istis omnibus pretiosius est:  
quodque ex hominibus, & angelos & filios Dei, &  
coheredes Christi fecit. Quid verò donum istud est? Spi-  
ritus videlicet sanctus. Proinde Dilectionis sue feru-  
rem hinc potissimum ostendit, quod non paulatim nos  
aut modice honorauit: sed simul honorum quasi fontem  
Dilectio-